

et diligenter intendatis ad sopiendas compositione amicabile et honesta huiusmodi questiones, et si per vestrum studium ipsa nequiverit compositio provenire, questiones ipsas curetis, si de partium voluntate processerit, per diffinitivam sententiam mediante iustitia terminare. Quod si forte partes concordare nequiverint, ut in partibus illis super his sententia proferatur, causam ad nos remittatis sufficienter instructam, praefigentes partibus terminum competentem, quo propter hoc per se vel per procuratores idoneos apostolico se conspectui repraesentent, iustam auctore deo sententiam recepturi, non obstante eo, quod estis extra provinciam constituti, dummodo episcopum saepedictum ultra duas diaetas extra suam diocesim non trahatis. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis testimonium veritati perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani, VI Nonas Marci pontificatus nostri anno decimo.

Ueber die von den Eingangs genannten drei Commissarien zu Stande gebrachte Einigung ist im Domarchiv zu Breslau eine Urkunde derselben vom J. 1227 erhalten, aus welcher die vorstehende Bulle entlehnt wurde. Stenzel Urkunden zur Gesch. d. Bisth. Breslau. S. 1 f.

No. 101. Um 1226.

K. Otakar von Böhmen stellt dem Bischof Bruno einige dem Stifte entfremdete Lehnsgüter zurück und genehmigt die Erhebung gewisser Zehnten im Lande Budissin.

Domino ac patri reverendo in Christo B. dei gratia venerabili Misnensis ecclesiae episcopo, O. dei gratia Boemorum rex cum affectu sincerae dilectionis obsequium. Cum constet nobis, quod bona Goltbahe, Uikerisdorf, Giselbregtisdorf^{a)} et alia, quae ministerialis vester Heinricus videlicet de Godove de manu vestra tenuit, contra iustitiam vobis alienata sint, ipsa bona cum suis attinentibus vobis gratanter remittimus. Gratum etiam habemus, ut per terram Budeshyn in decimis novalium vobis respondeatur. Praeterea volumus, ut decimam mellis nostri, sicut ex antiquo praedecessores vestri perceperunt, ut et vos eas similiter percipiatis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; das Siegel abhanden gekommen. Köhler cod. dipl. Lus. I. S. 41.

a) Goldbach, Weickersdorf, Geissmannsdorf. Par. Bischofswerda.

No. 102. 1227. 26. März.

B. Bruno II. eignet dem Capitel zu Verbesserung der Präbenden Güter zu Cannewitz bei Göda, welche der Ministerial Matheus von C. in Anspruch genommen, und befreit diesen vom Banne.

In nomine domini amen. Bruno II. dei gratia Misnensis episcopus omnibus in perpetuum. Cum ex officio nostro ad hoc simus omnibus debitores, ut ea quae coram nobis fiunt scripti nostri testimonio roboremus, notum esse volumus tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod cum causa, quae vertebatur